



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Porta Arcæ Noe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO LV:

VULNUS LATERIS
CHRISTI.*Porta Arca Noë.*

1. Porta, per quam ingressus in Arcam patebat, fuit
 iuxta S. Augustinum figura vulnus lateris Christi:
 Optum in latere, quod Arca accepit, profectò illud est
 vulnus, quando latus Crucifixi lancea vulneratum est.
 Noë & locii, qui per eam portam ingressi sunt, vitam
 contraxerunt incolumem: reliqui, qui per eam non sunt
 ingressi, perierunt aquis diluuii. Quisquis viua fide in
 latus Christi ingreditur, viuet: mouetur, qui ingredi re-
 cusat.

S. Aug. lib.
 de Ciu. d.
 26.

2. Animalia in Arca, deposita feritate naturali, & ini-
 micis intestinis, conueniebant pacificè: Noë verò &
 filii intendebant contemplationi Diuinæ. Passiones
 nostræ & affectus partis inferioris in latere Christi con-
 cordes sunt, mansuescunt, & viuunt in pace; poten-
 tiz verò partis inferioris in illa sua quiete sese erigunt ad
 celestis Gloriæ contemplationem.

3. Non est egressus Noë ex Arca prius, quam aquæ
 diluuii recarentur: vique eò tutior esset, rogauit
 Dominum, vt portam deforis obsetaret: *Inclusitq; eum
 Dominus deforis.* Felicitate, si eadem doneris for-
 te; vt quamdiu turbulentiæ huius Mundi aquæ impe-
 rant, inclusus manéas in vulnere Christi, nec sinat te
 inde vnquam egredi, donec ad cœlestem deductus
 montem Sinai tranquillitate frua-
 ris æternâ.



CON-